

1255. i.e. 11. Kalen. Januar.

248

Universis Christi fidelibus hanc paginam inspe-  
cturis. Frater Ernestus ordinis predicatorum Dei gratia  
Episcopus insule Sancte Marie salutem in vero salu-  
tari. Noverit universitas vestra quod preceptor et fra-  
tres domus Theutonice in Prussia Pomeraniensem dyo-  
cesim in tres partes secundum tenorem litterarum domi-  
ni Pape super divisione facienda hujusmodi dividerunt  
e quibus illam terciam in qua situm est opidum de  
Fristburg duximus eligendam. inexpectati quod illa tercia -  
pars frequenter exponitur insultibus paganorum. unde me-  
tuentes periculum subversionis nequiter conversorum quod  
occasione predictae electionis foret futurum ut a viris pru-  
dentibus deducimus et ex situatione ipsius opidi oculata fi-  
de perpendimus cum ipsum sit quasi in ove positum paga-  
norum. perpendentes similiter quod belli onera ipsis fra-  
tribus sunt comissa sicut in literis papalibus super hoc  
confectis plenius dinoscitur contineri. ab electione facta recepimus  
voluntarie commutantes illam terciam partem cum pre-  
dictis fratribus pro tercia parte in qua situm est Castellum et  
civitas insule Sancte Marie quendam inhabitata a Cristicolis.  
que comodior nobis et utilior est et esse videtur quam pro cathedra  
drali loco duximus eligendam. qua parte continente predictam  
insulam et Resiam et Presel contenti sumus cum additione  
tercie partis terre quam nobilis vir Bernhardus dictus de  
Camnitz

Camnitz olim possidebat, quam fratres hactenus pro indivisa  
tenebant. Omni juri et actioni quod in residua parte terre  
nostre dyocesis nobis competebat, presentibus renunciantes. In  
cujus rei Testimonium presentem paginam appensione sigilli  
nostri duximus roborandam. Acta sunt hec in Grudenez An-  
no Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo quinto. un-  
decimo Kalendas Januarij